

omnia predia mea in Aske, infra sepes et extra legaliter vendidisse. Scriptum wæxsio Anno domini M. CCC. XXX. septimo. Jn dominica letare meo sub sigillo.

Sigillet oritadt.

3290. 1337 d. 1 April. Wreta.

ALGOT BENGSSON gifver med sin dotter Birgitta till Wreta kloster 2 åttingar i Grenna med halfva skogen, under vilkor, att den ena åttingens afkastning skall, under Abbedissans vård, användas till dotterns klädsel.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus ALGOTUS BENDICSSON salutem in domino sempiternam. Vniuersitati vestre tenore presencium facio manifestum quod duos attungos terre in grænnum pro filia mea byrgitta quam ordini sanctimonialium confero wretis eidem monasterio sic assigno. quod alter maneat pro vsibus claustrum memorati. alter vero sit in potestate cuiuslibet abbatisse predicte filie mee pro vestitu. qua decedente redeat ad vsus claustrum cum priori. silua vero que adiacet terre sepe dicte sit dimidia illius terre et dimidia aliorum duorum attungorum in wretis villa silicet proxima positorum Jn cuius mee presentis donacionis euidentiam firmiorem presentem litteram sigillis nobilium militum. videlicet domini k[anuti] folkæson domini laurencii karlsson domini vlphonis haqunason vna cum siggillo meo proprio noueritis consignatam. Datum wretis. anno domini M° CCC° XXX° VII° tertia feria proxima post dominicam letare.

Sigillen borta, 3 remsor qvar.

3291. 1337 d. 6 April.

CARL MAGNUSSON säljer 4 örtugland i Åby och 22 penningland i Berga, Wingåker socken, till Biskop Styrbjörn i Strengnäs.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras jnspecturis. KAROLUS MAGNUSSON. salutem in domino sempiternam. Recognosco per presentes. Me venerabili patri. Domino Styrberno dei prouidencia episcopo strengnensi. quatuor solidos terre jn aby. et viginti duos denarios. jn bierghum. parochia vikingaker. cum agris. pratis. siluis. pascuis. nemoribus. piscariis. molendinorum locis. ac omnibus aliis et singulis adiacenciis. et dependenciis vniuersis. infra sepes et extra, longe vel prope positis, nullo prorsus excepto. iusto empconis titulo dimisisse. Abdi-

cans a me et meis heredibus in posterum, omne jus proprietatis et directi domini. in memoratis bonis habitis [c:—tum] vsquemodo. et in ipsum dominum episcopum et suos heredes transferens. iure hereditario perpetuo possidendos. Dans eidem auctoritate presencium plenariam facultatem. dicta predia occupandi. possidendi. vendendi. alienandi, commutandi. ac alias pro suo placito quomodolibet ordinandi. In cuius testimonium sigillum Nobilis militis domini karoli bendictzson. vna cum meo peto presentibus apponendum. Datum Anno domini. M°. CCC°. XXX°. septimo. dominica passionis.

Sigillen bortfallna från de ur brevet klippta remsorna.

3292.

1337 d. 6 April.

LYBIKIN, borgare i Linköping, testamenterar en sex spans åker vid Sandgatan till en af borgaren Ragvald vid Linköpings domkyrka stiftad prebenda, väljande sin graf i nämnda domkyrka; bestämmer åtskilliga andra gåfvor af fastigheter, lösören och penningar, samt förbehåller sina släktingar rättighet att tillösa sig de bortgifna fastigheterna, om dessa komma att försäljas.

Registr. Eccl. Lincop. perg. f. 148. v.

In nomine domini amen Ego LYBECHINUS ciuis lyncopensis considerans omnia que sub celo sunt ex nichilo condita fore, et ad suam tendunt originem naturaliter vniuersa, ex hoc solum de rebus transitoriis post huius vite transitum non transire dinoscitur quod ad pietatis opera misericorditer erogatur Jdeo sanus et incolumis de bonis et rebus michi a deo licet jimmerito largissime concessis, testa[mentum] meum statuo in hunc modum Primo lego ecclesie lyncopensi vbi eligo sepulturam meam. vnam grangiam prope sandgatu In qua seminantur, sex modii siliginis Ita tamen quod subiaceat prebende quam fundauit ragwaldus quondam ciuis lyncopensis, et ad ordinacionem dilecti consanguinei mei domini Johannis ragwaldi eiusdem ecclesie Canonici. Item cuilibet choralibus jbidem duas oras ffratribus minoribus jbidem III marchas. Ecclesie sancti laurencii ibidem dimidiam marcham. Monialibus in wretum dimidiam marcham. Monialibus askaby tantum, Ecclesie beate virginis skeningie tantum Ecclesie omnium sanctorum jbidem tantum Monialibus jbidem tantum. Hospitali jbidem tantum. Consanguinee mee sweinu omnia que possideo jn gasaløt. Johanni lybrietzson tres agros jn ballahall prope siluam a parte occidentali. Henichino litla tres agros jn cattastættu jn quibus duo modii seminantur Cristine ænglecho vnum lectum paratum Tidechino IIII marchas argenti. Jtem cristine villice mee vnam caldariam cum qua solet braxare, et aliam que vulgariter dicitur homblakætil Si autem de jmmobilibus supranotatis aliqua per quempiam vendi oportuerit, ne jn possessionem ali-